

QUESTIO III.

Que mora post exitum a conventu, ac habitu dimisso sufficiat ad excommunicationem tantum, vel etiam ad apostasiam incurrendam?

SUMMARIUM.

- 12 Qui iter facit per loca periculosa dimittens habitum, non est apostata. Qui recreationis causa dimittit habitum inter septa monasterii, non est apostata. ibid.
13 Qui exiit a conventu dimittens habitum, peccat mortaliter, & est excommunicatus, non tamen apostata.
14 Qui recedit a conventu animo ipsum deserendi, & statim revertitur, judicandus est apostata interius, non exterius.

Text. Cleri. Glossa.

C. 2. cod. Glossa.

C. Ne cleri. Sylvester. Navarr. Azor. Suarez. Sayrus. Sanchez.

C. Ne cleri.

Tambur.

14.

At vero si Religiosus recedit a conventu animo deserendi statum Religiosum in perpetuum, tamen statim meliori consilio a penitentia ductus revertitur, in foro interno erit quidem Apostata, quia jam deliberato animo crimen commisit, non tamen talis in foro externo judicabitur: nam qui ab aliquo loco discedit, & statim redit, non censetur recessisse, quae enim in moralibus parum distant nihil distare videntur; ita Mascardus, quem refert, & sequitur Fragosus 2. part. lib. 11. dist. 24. §. 14. num. 2. Bordon. Resol. 4. 1. num. 7. Dicens egressum per semi horam revertentem non incurtere penas apostasiam, ratione parvitatatis temporis. Oppositum tamen tenet Moronius. Consl. 86. num. 14. Si de delicto constet

in foro externo, sed ob parvitatatem temporis relevandum est, ut dixi.

QUESTIO IV.

An sit apostata, qui sciens suam professionem esse validam, eam reclammat, ut a conventu exeat?

SUMMARIUM.

- 15 Talis Religiosus peccat mortaliter, & est Apostata.

Talis Religiosus mortaliter peccat, & incurrit penas latas contra Apostatas, sive ejus professio fuerit expressa, vel tacita. Bonacina de clausura punct. 10. diff. 5. num. 1. Bellafius. Apostata num. 22. Bordon. Resol. 4. 1. num. 7. Pellizar. tom. 1. tract. 3. capit. 5. numer. 6. & probatur: quia talis Religiosus verè est apostata, recedit enim a propria Religione animo non redeundi ultra ad illam, & non ei suffragatur licentia proprii Prælati talis enim licentia fuit dolose extorta, & fraudulenter habita, proinde enim est, ac si non fuisset obtenta, fraus, & dolus nemini patrocinantur.

QUESTIO V.

An sit apostata Religiosus transiens absque debita superioris licentia ad aliam Religionem ætiores, vel laxiorem, etiam in partibus remotissimis?

SUMMARIUM.

- 16 Prima sententia affirmat esse apostatam.
17 Secunda & communior negat.
18 Non est apostata, etiam si transeat ad Religionem æqualem, vel laxiorem.
19 Talis Religiosus cum non sit apostata est fugitivus.
20 An vero sit excommunicatus, aliqui affirmant, alii negant.
21 Talis in partibus remotissimis potest transire ad Religionem laxiorem.

Circa Religiosum, qui absque legitima superioris licentia transit ad Religionem ætiores, esse verum Apostatam, & Apostatarum penas puniendum affirmat Suarius tom. 5. in 3. part. dist. 3. 1. sect. 6. num. 4. Fundatur: quia relinquens statum suum Religiosum, & alium assumens invalidè perinde est, ac si Religiosum statum omnino deponeret: ergo est verus Apostata; actus enim omnino irritus immunitatem non præstat, neque aliquid confert. Tamen opposita sententia est valde communis, quod talis non sit verus Apostata, quamvis lethaliter peccet. Ita Hostiensis, Caietan. Banez, Emmanuel. Rodriguez, Lessius. Azor, ac alia magna Doctorum turba. Sanchez tom. 2.

QUESTIO VI.

An Episcopus regularis renuntians Episcopatu vel ab ipso depositus, si non redeat ad monasterium sit Apostata?

SUMMARIUM.

- 22 Prima sententia affirmat teneri, ut sit Apostata.
23 Secunda & verior negat.
24 Tamen si ob demerita deponatur teneat redire. Et certius si a sua dignitate sit degradatus, ibid.

A Balensis, c. 30. numer. 9. 109. Aragonius 2. 2. quest. 38. art. 11. fol. 1036. & alii constanter affirmant, quod talis Episcopus renuntians episcopatu, teneatur redire ad conventum, ne aliàs veluti Apostata habeatur.

Tamen talis Episcopus manens in sæculo, & non rediens ad Religionem, non est verè Apostata, sed licetè potest sic manere in sæculo: & Probatur: quia per Episcopalem dignitatem, fuit legitime dispensatus, & exemptus a Religionis jngo, hæc autem dispensatio non cessat deposito Episcopatu, cum causa non cesset, sed perseveret, scilicet dignitas Episcopalis, ac perfectior status. Ita Navarr. Federicus, Imola, Henric; Emmanuel. Rodrig. tom. 3. quest. 5. 2. art. 26. Sanchez tom. 2. in decalog. lib. 6. cap. 6. num. 29. Laurentius de Franchis in conv. vers. Episc. & Regular. c. 6. decreta Sacra Congreg. de Apostata, & electis. Laur. de dub. 13.

Addit tamen Sanchez citatus, num. 29. idem esse dicendum si propter culpas Episcopus deponatur ab Episcopatu; sed aptius videtur, quod docent Sylvester in summa verb. Religio sum. 4. in fine M. Lezana verb. Apostata, num. 7. quod sic ob demerita dispositus teneatur redire ad Religionem, & si non redeat veluti Apostata habendus; quia per depositionem redditur indignus privilegio suæ dignitatis. Certius tamen est id si degradaretur, quia per degradationem spoliatur ab omnibus privilegiis dignitatis Episcopalis, concessis. Ita cum Glossa. Sanchez citatus, n. 30.

QUESTIO VII.

Utrum Religiosus fugiens ex carceribus, in quibus ex mandato superioris detinebatur, sit Apostata, vel fugitivus?

SUMMARIUM.

- 25 Religiosus justè detenus in carcere, non potest fugere licitè.
26 Quando poena capitis, vel mutilationis est imponenda, potest fugere.

25 Si

Lessius. Azor. Sanchez. Lezana. Hieron. Pellizar. Rodrig.

tom. 2. in decalog. lib. 6. cap. 8. n. 8. & 9. M. Lezana tom. 1. cap. 2. 2. nu. 22. Hieronym. Rodrig. Resol. 11. num. 24. Pellizar. tract. 3. cap. 5. n. 141. & ratio est: quia juxta communem sententiam Doctorum, Apostasia est propriè retrocessio simpliciter ab statu Religioso, at in præsentia casu simpliciter non fit retrocessio ab statu Religioso, sed solum a peculiari statu, & quidem progrediendo ad majorem perfectionem, ex quo fit, quod talis retrocessio sit illicita in modo tantum, non verò in substantia actus, cum semper maneat intra Religionis terminos, & ideo non est vere Apostata, nec apostatarum penas subijcitur.

18.

Et quamvis transeat iste sit irritus, animustamen transeuntis non fuit omnino a Religioso instituto discedere, sed ad aliam Religionem transire; Apostasia autem animum dimittendi Religiosum statum desiderat; & quamvis quoad alios effectus idem sit non efficere, ac irrita efficere, tamen in præsentia hoc non contingit, quia quamvis faciat secundam professionem irritam, tamen nunquam deponit Religiosum statum, nec ob eo recedit, quod erat requisitum ad veram Apostasiam, quæ ratio convincit, quod quamvis transeat ad aliam religionem æqualem, vel laxiorem, nunquam erit verus Apostata, cum ab statu Religioso non recedat.

19. Lezana. Sanchez.

Tamen hæc nostra sententia dicendum existimo cum M. Lezana proxime citato, ac Sanchez num. 9. talem Religiosum a propria religione transeuntem, sine sui superioris legitima licentia ad alium ordinem; sive strictiorem, sive æqualem, sive laxiorem, posse dici, & esse fugitivum: nam fugitivus ille communiter dicitur, qui ad tempus a monasterio recedit sine debita licentia, animo etiam redeundi, quamvis cum habitu, vel sine habitu.

20.

An verò iste Religiosus transiens, dimittens proprium habitum, & assumens alium sit excommunicatus? Affirmant cum multis Suar. in 3. part. tom. 5. dist. 2. 3. sect. 4. n. 32. Azor. lib. 12. cap. 1. 3. quest. 3. casu 16. §. quæres. Negant. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 3. 8. num. 17. Rodriguez & cum multis aliis Sanchez citatus, num. 67. 68. Quia cap. ne clerici, vel monachi in 6. Ubi habitus dimissionem excommunicationi subijcit, quando attentis circumstantiis sit ad periculose vagandum, quod non datur in præsentia, & de hoc alibi erit latius dicendum.

Suar. Azor. Sayrus. Sanchez. Rodrig. C. Ne cleri.

21.

Si verò Religiosus Apostata, aut fugitivus respiciat in remotissimis regionibus, in quibus non habet monasteria sui ordinis vel strictioris, nec potest ad hoc licentiam petere a legitimo superiore ad transeundum, & non potest redire ad propriam provinciam, tunc absque alia licentia potest transire ad talem ordinem etiam laxiorem, in his enim circumstantiis aliud non potest facere. Ita Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 10. numer. 20. Rodriguez. Additione summa tom. 4. cap. 113. num. 23. Pottel. verb. Religio. num. 17.

Saar.

Rodrig. Pottel.

- 27 Si iuste damnatus est ad poenam carceris perpetuam, non potest fugere.
- 28 Quando sententia iuste prolata iniusto modo exequitur.
- 29 Quando sententia secundum allegata, est iusta, tamen coram Deo iniusta, tunc potest fugere.

Cap. quorundam, Cap. si Religiosus, Cajetan. Navar. Banez. Sayrus. Rodrig. Sanchez. Lezana.

Dico primò: Religiosus iuste detentus in carcere ex sui superioris mandato, non potest licite fugere, non enim potest licite à monasterio egredi absque sui superioris licentia: eum per votum suam voluntatem renuntia- rit, & totam in ipsius superioris arbitrium transulerit, cap. quorundam, & cap. si Religiosus, de election. in 6. Ita Cajetan. Navar. Banez, Sayrus, quos citant, ac sequuntur Rodriguez tom. 2. quest. 23. art. 6. Sanchez in decalog. lib. 6. cap. 8. num. 12. M. Lezana tom. 1. cap. 16. num. 9.

Lim ta tamen primò, quod si in tali Religioso poena capitis, vel mutilationis imponenda erit, in tali casu naturale desiderium conservationis vitæ, ius fugiendi præbet, etiam si superioris præceptum permanendi in carcere urgeat, nihilominus fugere poterit, Ita Sylvester, Sotus, Vasquez, Lessius, Sanchez citatus num. 15. quos citat, ac sequitur Tamburin. tom. 3. de iure Abbatum disp. 8. questio. 2. num. 2.

Secundò: hoc limitant aliqui, ut Banez 2. 2. quest. 69. art. 4. quando Religiosus damnatus est ad carcerem perpetuum; quod ob rigorem poenæ possit fugere, tamen mihi probabilis est contrarium, nam poena carceris etiam perpetui, est convenientissima statui Religioso, nec est ita contraria juri naturali, ut non possit ad illam obligari Religiosus ex visua professionis, quando crimen perpetratum proportionatum est tali poenæ, & ratione gravitatis culpæ tali poenæ subicitur. Rodriguez tom. 2. quest. 22. art. 6. M. Lezana tom. 1. cap. 16. num. 10.

Ter. id limita. Quod liceat fugere, quando illa perpetui carceris poena iniuste imposita fuit, ac nullo juris ordine servato, Pariter etiam licet fugere, quando et si sententia iuste prolata fuit, tamen modo iniusto exequitur, ut si custos carceris ex suo proprio motu, vel etiam superioris, vel iudicis, seu alterius personæ, iniuste illi cibum, vestitum, ignem & cætera ad vitam necessaria de negat, vel durâ seditate in eum se habet, ac multis molestiis afficit. Ita cum Navarro, Sayro, Rodriguez citato art. 6. Sanchez dicto cap. 8. num. 14. Tamburin. allegato loco n. 4.

Quartò limita; et si sententia secundum allegata, & probata videatur iusta, falsa tamen probatione, falsisque præsumptionibus fundatur, ita tamen ut coram Deo, ac in conscientia reus sit innocens, tunc licite potest fugere; & ratio est quia sententia veluti quædam privata lex se habet, nulla autem lex obligat ad id, quod est contrarium fini legis, sed cum finis talis legis, seu sententiæ, sit tribuere cuique quod suum est; eique debitum secundum ejus merita, cum autem secundum ejus innocentiam tribuenda sit non poena, sed absolutio, inde ad observationem talis poenæ non tenetur; hæc sententia est communis. Ita

Sylvest. Sotus. Vasquez. Lessius. Sanchez. Tambur.

Rodrig. Lezana.

Navar. Sayrus. Rodrig. Sanchez. Tamburin.

Sotus de justitia, lib. 5. quest. 6. art. 4. Lessius de justitia, lib. 2. cap. 31. dub. 4. num. 24. Reginaldus in praxi, lib. 2. num. 146. §. Adverte autem Bonacina de legib. disp. 1. quest. 1. punct. 7. §. 3. sub num. 1. vers. Quinto dicitur, & in Decalogum disp. 10. quest. 3. punct. 2. num. 22.

QUESTIO VIII.

Utrum Religiosus damnatus ad triremes possit ab eis fugere?

SUMMARIUM.

- 30 Prima sententia negat fugam esse licitam.
- 31 Secunda & vera affirmat.

Questio est an Religiosus sive iuste, sive iniuste, sive ad tempus, sive in perpetuum damnatus ad triremes, sive jam in illis existens, sive non, queat licite effugere ad declinandum à tam gravissima poenâ. Negant Sayrus clavi Regia, lib. 12. cap. 18. num. 8. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 8. num. 16. In eo casu, quod poena est iuste inflicta, quia tunc debet eam patienter sustinere.

Tamen opposita sententia mihi vera videtur, quod tunc bona conscientia possit fugere. Ita Banez 2. 2. quest. 69. art. 4. post. §. conclus. Bonacina de clausura, quest. 2. punct. 11. §. 1. n. 8. Tamburin. de iure Abbatum, tom. 3. disp. 8. q. 2. num. 9. M. Lezana tom. 1. cap. 19. num. 10. Pellizarius tom. 2. tract. 8. cap. 8. num. 48. M. Fr. Anton. Directorio, tom. 2. tract. 3. num. 1409. Ratio est, quia hæc poena est gravissima, & tanquam mors perpetua computatur, l. Servitium, ff. de regulis juris, ergo sicut licitum est condemnatio ad mortem, fugere ad evitandum tale supplicium, ut dixi superiori quæstione num. 36. ita etiam licitum erit damnato ad triremes fugere ad tantum malum evitandum, ex impulsu naturali datur omnibus animantibus à dura poena fugere, deinde ipse Sanchez citato num. concedit cum Corduba, Lopez, Banez, Salonio, Petro de Ledesma, quod secularis damnatus ad triremes possit fugere, ergo & Religiosus: nulla enim apparet major ratio, præcipue cum Religiosum delinquentem tali trimerium poena punire videatur contra decorem honestatem, & auctoritatem, ergo licite Religiosus potest fugere, non ad vagandum in sæculo, sed ut ad superiorem, ac summum Pontificem tendat, ad misericordiam, & veniam impetrandam.

QUESTIO IX.

An Religiosus valde vexatus à suo Prælate absque illius licentia, & sine peccato possit ad superiorem confugere?

SUMMARIUM.

- 32 Affirmativa sententia est communis.

33 Conci

QUESTIO X.

Quas poenas incurrant fugitivi, si cum habitu, si sine habitu fugientes?

SUMMARIUM.

- 36 Ad majorem distinctionem explicantur, quæ sunt tractanda.
- 37 Qui sine habitu fugiunt, incidunt in excommunicationem. Qui cum habitu faciunt juxta peculiaris statuta Religionum habent poenas ibid.

UT clarè, ac distinctè in hac re differamus de poenis, in quas incidunt fugitivi, & Apostata, prius agimus de fugitivis, deinde de Apostatis. Fugitivus, ut explicavi in hac resolutione quest. 1. num. 7. est ille, qui recedit à Conventu sine licentia, ac obedientia sui superioris, licet sit per tempus, considerabile, habet tamen animum iterum revertendi, inde vel iste fugit cum habitu, vel sine illo.

Qui sine habitu fugiunt, excentes à Monasterio sine illo incidunt in excommunicationem latam, cap. 2. ne clericus, vel Monachi, C. Ne clericus in 6. Qui verò cum habitu fugiunt, exceptis quibusdam casibus expressis in jure, præter peccatum nullam aliam poenam de jure incurunt, M. Lezana tom. 1. cap. 16. num. 11. Pellizarius tom. 1. tract. 5. cap. 6. n. 8. Nec obstat prædictum, cap. Ne clericus, vel Monachi, quia ibi agitur de eo, qui vel recedit sine habitu, vel sine licentia superioris accedit ad studia. Quare supra hanc rem consulenda sunt peculiaris statuta Pontificum, ac Religionum. In nostra Carmelitana familia tales Religiosi, decedentes à Conventibus sine licentia, etiam per unum diem, habentur ut excommunicati, & ut tales puniuntur, & absoluntur secundum consuetudinem Religionis, ut testatur Lezana Lezana, proxime citatus, ex eo quia part. 3. nostrarum Constitut. cap. 12. num. 3. dicuntur illi puniendi; ut Apostata autem incidunt in excommunicationem, ut dicam quest. 12. In familia Franciscana tales per statuta Toletana sunt excommunicati, Portellus in Additionibus ad dubia, verbo Apostata num. 2. ait & credo juxta communem consuetudinem Religionum tales fugitivi habentur ut excommunicati. De quo Casarrubias in compendio prioriorum Casarrub. verb. Apostata ab ordine. Miranda tom. 1. quest. 51. art. 1.

QUESTIO XI.

Explicantur casus, in quibus, secundum jus fugitivi excommunicantur.

SUMMARIUM.

- 38 Excommunicantur Religiosi fugitivi, ad partes ultra marinas.
- 39 Fugitivi accedentes ad curias Principum incidunt in excommunicationem.

40 Engi

- 33 Concilium Tridentinum nil habet contrarium
- 34 Etiam licita est fuga ad amicum, ut cum deprecatorum habeat.
- 35 Fugiens ad superiorem non tenetur petere licentiam ab inferiori.

Dico quòd talis Religiosus dirè vexatus à suo Prælate, licite potest ad superiorem confugere, absque eo quòd fugitivus dicatur, & inde consequenter fugitivorum poena non est puniendus. Ita Baldus, Decius, Azor. Rodriguez, Sayrus, Sanchez, Fagundez, & alii, quos citant, ac sequuntur Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 1. num. 6. Barbosa in collectan. ad Trident. citand. num. 10. Peyrinis de Resol. 5. quest. 1. cap. 4. 6. notabili 2. S. 2. verb. Religio num. 71. & ratio est, quia jus defensionis est naturale, quòd unusquisque tenetur sibi perquirere; ne ejus vita, fama, & honor percat; tum etiam, quia in hoc casu præsumitur licentia Prælati superioris, qui vult omnia iuste, & ordinatè fieri.

Contrariam sententiam tenet Banez 2. 2. quest. 13. art. 1. ex eo, quia Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 4. de Regular. ait: Non liceat Regularibus à suis conventionibus recedere, etiam prætextu ad suos superiores accedendi, nisi ab eis missi, vel vocati fuerint. Ad quod rectè respondit Aragon. 2. 2. quest. 69. art. 3. Concilium intelligendum de eo, qui adit superiorem ex causa levi, vel levissima, non verò ex causa urgente ad defensionem naturalem, quàm non est verisimile Concilium impedire. Hanc doctrinam tamen limitant ipse Aragonius, ac alii, si ex tali fuga ad superiorem sequatur scandalum, & perturbatio magna Religionis propter ignorantiam causæ, qua dictus Religiosus movetur ad fugam. At cum talis vexatio, seu injuria sit notoria, nullum potest esse scandalum, cùm quilibet de sua defensione teneatur agere.

Idem dicendum existimat Egidius Polifus, D. Antonius Ricciullus, quos citat, ac sequitur Tamburin. de iure Abbatum, tom. 3. disp. 8. q. 1. num. 6. de Religioso ad amicum, vel alium confugiens, ut eum deprecatorum apud superiorem habeat.

Quæres, an talis Religiosus teneatur petere licentiam prius Prælate inferiori ut tendat ad superiorem, & ea denegata poterit confugere ad majorem? Respondeo negativè, si ipse timet quòd ex tali licentia, ac via manifesta, ei sit exitus impediendus, ac durius sit recludendus, quia tunc erit apponere impedimentum suæ defensionis. Ita Navar. comment. 2. de Regular. n. 61. Pellizarius tom. 1. tract. 5. c. 6. nu. 15. Tamen Suarius tom. 4. de Resol. tract. 8. lib. 1. n. 7. & 8. ait quod saltem ex urbanitate petenda sit licentia à Prælate inferiori, sed hoc non dicam, quando prudentialiter timetur aliquod damnum, vel impedimentum ad viam, vel quod sit deneganda.

Baldus. Decius. Azor. Rodrig. Sayrus. Sanch. Fagundez. Suarez. Barbosa. Peytin. Sà

Banez. Trident.

Aragon.

Bosius. Ricciullus. Tambur.

Quares.

Navar. Pellizarius. Suarez.

36.

37.

Lezana. Pellizarius.

Portel.

Miranda.